

* 1. Rosa Hierichuntina (non Judæa tamen vel Palestina cu-
jordanæ, sed salebrofi in Arabiâ desertâ Littoris, & Syriæ ruderum incola)
odoris ex pers, nec Rosæ nomen merita, sicca, ad Tblaspi utcunque referen-
da, cujus diameter _____, Aquæ
tepidæ paulò ultra cauliculum, spacio sesquihoræ immersa, expandendo
se ad Diametrum talem dein,

exemplo docuit, fabulam esse, quod tantùm laxetur Noctæ Natalitiâ Sal-
vatoris. Ratio Expansionis ex Atmosphæra incubitu, & Pneumatis
chydraulicis petita. Consideratioque nata (1.) de modo ac termino Aug-
mentationis in Homine, Subjècto Artis Medicæ: (2.) in quibus Nutri-
tio & Augmentatio convenient vel non: (3.) quatenus item certa qua-
dam tempora notanda sint, ad plantas, pro usibus Medicis decerpendas, ra-
tione Phasewi Lune & Motus Humorù duplicis in Plantis; Aquæ ni-
mirum sursum, per fibrarum plantas constituentium, interstitia, & Succis
Balsamici, sursum ac deorsùm, sicut Sanguis in homine circulatur. (4.)
denique vanitas explosa, Rosam Hierichuntinam ex eo, quod lingnosæ
ejus Fibre in humido debiscant, vi pollere, Partum facilitandi. Effigies in-
super addita ex Thalii Sylvâ Hercyn. figur. 41. & Chabræo d. Stirpib.
pag. 128. In Italiâ Rosa Sanctæ Mariæ dicitur, Olao Wormio teste,
Mus. pag. 151.

* 2. Opalus pulcerrimus, Auro inclusus, intra Diaphaneitatem
suam omnis generis colores, plusquam in Iride, exhibens, & Pederos pro-
inde quondam, h. e. Puerorum (procantium) Amor dictus, citante Worf-
mio, Mus. pag. 107. magnitudine Lupini majoris scabri, ostensus, dicendi-
ansam dedit, Colores istiusmodi resultare ex diversâ modificatione Lucis:
banc ex diversitate reflexionum Luminosarum: bancque ex diversâ
oppositione Opali ad oculum, interiorumque superficierum ejus, resultantium
ex diverso ordine & texturâ particularum, lapidem constituentium.
Exemplum vulgare additum, ut pateret, quantum colores fluant non ex
internâ quapiam corporis Formâ, Essentiâ dictâ, sed ex diversis diverti-
culis particularum ejusdè generis, diversa tantùm phænomena præbentibus.

* 3. Metamorphosis Colorum. Accepi nimirum, juxta
Th. Willigum, d. Ferm. cap. XI pag. 88. Solutionem Vitrioli, ferè limpi-
dam: miscui Gallarum Infuso: emerfit Atramentum, quo literæ ni-
græ actutum scribi poterant. Adjeci spiritum Vitrioli, qui celeriter ni-
gredi-